

10C1. Un delfino amico dei ragazzi **

Erat in Africa colonia mari proxima. | Adiacebat navigabile stagnum quo otium
lususque omnem aetatem, maxime pueros, sollicitabant. | Pueris gloria et
virtus erat altissime natate. | Quondam puer, audentior ceteris, discedebat ex
ora. | Delphinus occurrit et nunc ante puerum, nunc post, nunc circum
natabat, || postremo dorso tollebat et trepidum in altum vehebat. | Postero die
puer inter aequales natabat. Delphinus rursus occurrit. | Fugit puer cum
ceteris. Ita per complures dies. | Tandem timorem superavit hominum
curiositas; | puer delphino adnatabat, in tergum insiliebat, ceteros incitans ut
propius accederent.

Plinio il Giovane

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C1. Un delfino amico dei ragazzi **

Erat in Africa colonia mari proxima. | Adiacebat navigabile stagnum quo otium omnem aetatem, maxime pueros, sollicitabat. | Pueris maxima virtus erat altissime natate. | Quondam puer, simplicior ceteris, discesserat ex ora. | Delphinus accessit et nunc ante puerum, nunc post, nunc circum natabat, || postremo ad litus flectebat et trepidum puerum terrae reddebat. | Postero die puer inter aequales natabat, sed cautius. Delphinus rursus occurrit. | Fugit puer citius. Ita per complures dies. | Tandem timorem superavit hominum curiositas; | puer delphino adnatabat, in tergum insiliebat, comites incitans ut propius accederent.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C2. Alcuni popoli indiani evitano lo scontro con Alessandro **

Sudracae et Malli validae Indorum gentes erant et bellum impigre parabant; | Alexandri adventu ducem quidem spectatae virtutis ex natione Sudracarum elegerant. | Barbarorum dux sub radices montis castra posuit et ignes ostendit, | sperans speciem multitudinis timorem aucturum esse (inf. fut. di augeo = «avrebbe aumentato»). | Iam dies appetebat || cum («quando») Alexander, fiduciae ac spei plenus, alacres milites e castris eduxit aciemque instruxit. | Sed barbari, [haud dubie metu impulsii,] cum Macedonibus manus non conseruerunt: | subito profugerunt et montes occupaverunt. | Hostium agmini Alexander frustra institit, impedimenta autem cepit.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C2. Alcuni popoli indiani evitano lo scontro con Alessandro **

Sudracae et Malli validae Indorum gentes erant et bellum impigre parabant; | Alexandri adventu ducem quidem spectatae virtutis ex natione Sudracarum elegerunt. | Barbarorum dux sub radice montis castra posuit | lateque ignes ostendit, | sperans speciem multitudinis timorem aucturum esse (inf. fut. di augeo = «avrebbe aumentato»), clamore quoque ac ululatu. || lam dies appetebat | cum Alexander validum exercitum e castris eduxit aciemque instruxit. | Sed barbari, clamore impulsu, cum Macedonibus manus non conseruerunt: | subito profugerunt et montes occupaverunt. | Hostium agmini Alexander institit, impedimentum autem cepit.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C3. Anche i nemici vinti piangono la morte di Alessandro **

Milites cum armis vigilabant; Babylonii vel e muris vel e culmine tecti prospectabant. | Nemo lumina audebat accendere. | Et quia propter noctem oculorum cessabat usus, | fremitus vocesque captabant | ac plerumque per obscuras semitas, invicem suspecti ac solliciti, incedebant. || Persae comas detonderant et in lugubri veste cum coniugibus [non ut victorem et hostem, sed ut iustissimum regem] vero desiderio lugebant: | adsueti sub rege vivere, | alium digniorem non esse putabant. | Nec muri urbis luctum continebant, sed proximam regionem ac deinde magnam partem Asiae mali fama pervaserat.

CURZIO RUFO, *Historia Alexandri Magni*

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C3. Anche i nemici vinti piangono la morte di Alessandro **

Milites cum armis vigilabant; Babylonii vel e muris vel e tectis prospectabant. | Nemo lumina audebat accendere. | Et quia propter noctem oculorum cessaverat usus, | fremitus vocesque auribus captabant | ac plerumque per obscuras semitas incedebant. || Persae comas detonderant et in lugubri veste cum coniugibus ac liberis [non ut victorem et hostem, sed ut iustissimum regem] vera maestitia lugebant: | adsueti sub rege vivere, | alium digniorem non fuisse putabant. | Nec muri urbis fletus continebant, sed totam regionem ac deinde omnes urbes Asiae luctus pervadebat.

CURZIO RUFO, *Historia Alexandri Magni*

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C4. L'impero di Nerone *

Nero, Caligulae avunculo suo simillimus, Romanum imperium et deformavit et diminuit. | Vir inusitatae luxuriae, calidis et frigidis corpus lavabat unguentis. | Maximam senatus partem interfecit; | multis hostis fuit. | Postremo, turpissime saltabat et cantabat in scaena. || Parricidia multa commisit: interfecit enim fratrem, uxorem, sorores, matrem. | Urbem Romam incendit: spectaculi enim imaginem cernere cupiebat. | Tamen in re militari Britanniam paene amisit. | Redegit etiam in formam provinciae Pontum et Alpes Cottias. | Denique senatus Neronem iudicavit hostem.

EUTROPIO, *Breviarium*

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C4. L'impero di Nerone *

Nero, Caligulae avunculo suo simillimus, Romanorum imperium et deformavit et diminuit. | Vir inusitatae luxuriae, calidis et frigidis corpus lavabat unguentis, | retibus aureis pisces capiebat. Senatus partem interfecit; | bonis omnibus hostis fuit. | Postremo, turpissime cantabat in scaena citharoedico habitu. || Multa scelera commisit: interfecit enim fratres, uxorem, sororem, matrem. | Urbem Romam incendit: spectaculi enim imaginem creare cupiebat. | Interea in re militari Britanniam paene amisit. | Redegit tamen in formam provinciae Pontum. | Denique senatus Neronem iudicavit hostem.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C5. Le sorgenti *

Aqua est maxime necessaria ad vitam et ad usum cotidianum. | Ea autem erit
facilior («più facile da trovare»), | si erunt fontes aperti et fluentes. | Sin
autem non profluent, | quaeri sub terra capita (sogg.= «le sorgenti») et colligi
debent. || Sub radicibus montium et in saxis silicibus venae reperiuntur
uberiores et affluentiores; | eaeque frigidiores sunt et salubriores. |
Campestribus autem fontibus [venae] salsae, graves, tepidae, non suaves
sunt, | nisi quae ex montibus sub terra submanantes erumpunt in medios
campos | ibique arborum umbris [venae] contectae praestant montanorum
fontium suavitatem.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C61. Una casa abitata da un fantasma / 1 **

Erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens. | Per silentium noctis sonus ferri longius resonabat. | Mox apparebat idolon: | senex squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo, manibus catenas gerebat quatiebatque. | Inde inhabitantes tristes dirasque noctes per metum vigilabant. (trans.) || Vigiliam morbus et, crescente formidine («col crescere della paura»), mors sequebatur («seguiva»). | Nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, | memoria imaginis oculis inhaerebat, | longiorque causis timoris timor erat. | Deserta inde et damnata solitudine domus erat, totaque illi monstro relicta: proscribebatur («veniva messa in vendita») tamen.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C61. Una casa abitata da un fantasma / 1 **

Erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens. | Per silentium noctis sonus ferri et strepitus vinculorum longius resonabat. | Mox apparebat idolon: | senex squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo, catenas gerebat quatiebatque. | Inde inhabitantes tristes noctes per metum vigilabant (trans.). || Vigiliam morbus et, crescente formidine («col crescere della paura»), mors sequebatur («seguiva»). | Nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, | memoria imaginis oculis inhaerebat, | longiorque causis timoris timor erat. | Deserta inde et damnata solitudine domus erat, totaque illi monstro relicta: proscribatur («veniva messa in vendita») tamen.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C62. Una casa abitata da un fantasma / 2 **

Venit Athenas philosophus Athenodorus, de omnibus rebus edocetur, ac nihilominus conducit. | Ubi coepit («cominciò») advesperascere, iubet sterni sibi («si fa preparare il letto») in prima domus parte, | poscit pugillares, stilum, lumen; | suos in interiora dimittit. | Initio, silentium noctis; dein concuti ferrum audietur. || Athenodorus non tollebat oculos, non remittebat stilum, | sed affirmabat animum, auresque praetendebat. | Tum crebrescebat fragor, adventabat, et iam ut in limine, iam ut intra limen audiebatur. | Respicit, videt agnoscitque narratam sibi effigiem. | Senis idolon stabat innuebatque digito, similis vocanti («a uno che chiamava»).

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C62. Una casa abitata da un fantasma / 2 **

Venit Athenas philosophus Athenodorus, de omnibus rebus edocetur, ac nihilominus conducit. | Ubi coepit («cominciò») advesperascere, iubet sterni sibi («si fa preparare il letto») in prima domus parte, | poscit pugillares, stilum, lumen; | omnes in interiora dimittit. | Initio, silentium noctis; dein concuti ferrum, vincula moveri audiuntur. || Athenodorus non tollebat oculos, non remittebat stilum, | sed affirmabat animum, auresque praetendebat. | Tum crebrescebat fragor, adventabat, et iam in limine audiebatur. | Respicit, videt agnoscitque narratam sibi effigiem. | Senis idolon stabat innuebatque digito, similis vocanti («a uno che chiamava»).

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C63. Una casa abitata da un fantasma / 3 ***

Athenodorus contra manu significat ut paulum expectaret («di aspettare un po'»), rursusque incumbit. | Illa effigies catenis insonabat, rursus digito innuebat: | philosophus tollit lumen et sequitur («la segue»). | Ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis. | Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit comitem. || Desertus, ille herbas et folia signum («come segno») loco ponit. | Postero die adit («si reca dai» + acc.) magistratus, | ut illum locum effodi iubeant. | Inveniuntur ossa inserta catenis et implicita: colliguntur publiceque sepeliuntur. | Domus postea rite conditis Manibus caruit («fu libera dallo spettro, sepolto secondo il rito»).

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C63. Una casa abitata da un fantasma / 3 ***

Athenodorus contra manu significat ut paulum expectaret («di aspettare un po'»), rursusque ceris et stilo incumbit. | Illa effigies catenis insonabat, rursus digito innuebat: | philosophus tollit lumen et sequitur («la segue»). | Ibat illa lento gradu, quasi gravis. | Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit comitem. || Desertus, ille herbas et folia signum («come segno») loco ponit. | Postero die adit («si reca dai» + acc.) magistratus, | ut illum locum effodi iubeant. | Inveniuntur ossa inserta catenis: colliguntur publice sepeliuntur. | Domus postea rite conditis Manibus caruit («fu libera dallo spettro, sepolto secondo il rito»).

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C7. L'aquila superba **

Quondam audacissima aquila vulpinos catulos sustulit (perf. di tollere) nidoque sui posuit: | desiderabat enim pullis suis escam praebere. | Vulpes mater sub aquilae altissimam arborem venit atque rapacem imploravit. | «A me miserrima tantum luctum arce». | Sed aquila precem contempsit: nam tuta erat in altissima arbore. | Tum vulpes ardentem facem prehendit totamque arborem altissimis flammis circumdedit: | hosti miserrimae mortem atrocissimam promittebat, etiam cum damno sanguinis sui. | At aquila superbissima suos servare desideravit | atque supplex vulpi natos tradidit. | Interdum sublimes humiles metuere debent: nam humiles facillimam vindictam dant.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C7. L'aquila superba **

Quondam audacissima aquila vulpinos catulos sustulit (perf. di tollere) nidoque sui posuit: | desiderabat enim pullis suis escam praeberere. | Vulpes mater sub aquilae altissimam arborem venit atque rapacem imploravit. | Sed aquila vulpis miserrimam precem contempsit: nam tuta erat in altissima arbore. | Tum vulpes ab ara deorum facemprehendit | totamque arborem flammis circumdedit: | hosti miserrimam mortem promittebat, etiam cum damno sanguinis sui. | At aquila, acerrimae periculum videns, suos servare desideravit | atque supplex vulpi natos tradidit. | Interdum sublimes humiles metuere debent: nam humiles facillime vindictam dant.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C8. La Sicilia e i Romani **

P. Cornelius Scipio Africanus, cum Carthaginem delevisset, Siculorum urbes signis exornavit. | Denique ille ipse M. Marcellus, cuius («del quale») in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi («i vinti»), fidem ceteri Siculi perspexerunt, | non solum sociis auxilium portavit, | verum etiam hostibus victis temperavit (*regge il dativo hostibus victis*). | Urbem pulcherrimam, Syracusas, [quae munitissima erat,] cum vi consilioque cepisset, | in ea ingentia monumenta reliquit. | Sicilia autem provincia sine dubio fertilior Sardinia semper fuit | itaque ex ea saepe multum frumentum cepimus. | Itaque ille M. Cato cellam penariam reipublicae nostrae nominabat.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C8. La Sicilia e i Romani **

P. Cornelius Scipio Africanus, cum Carthaginem delevisset, Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit | ut apud eos monumenta victoriae ingentissima collocaret. | Denique ille ipse M. Marcellus non solum sociis auxilium portavit, | verum etiam hostibus victis temperavit (*regge il dativo hostibus victis*). | Urbem pulcherrimam, Syracusas, [quae munitissima erat,] cum vi consilioque cepisset, | in ea ingentia monumenta reliquit. | Sicilia autem provincia sine dubio fertilior Sardinia semper fuit | itaque ex ea saepe multum frumentum cepimus. | Itaque ille M. Cato nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat.

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C9. Annibale nei pressi di Capua ***

Hannibal, ex agro Beneventano cum castra ad Capuam movisset, post non multos dies copias in aciem eduxit, | coniciens rem omnium pulcherrimam, victoriam contra Romanos facillimam | Simul ac («insieme») Romanorum et Carthaginiensium copiae ad pugnam acerrimam pervenerunt, | subito Carthaginiensium equitum incursus Romanorum exercitum vexabat. | Tunc horum dux equitibus imperavit | ut contra hostes concurrerent. | Cum duo exercitus per multas horas acerrimam pugnam pugnavissent, | denique utrimque loco cesserunt. | Consules autem, ut Hannibalem, acerrimum hostem, a Capua averterent, illinc discesserunt | Postero die, cum Hannibal vidisset vacua Romanorum castra | quod duobus agminibus hostes discesserant, | Appium consulem cum alterum consulem neglexisset, | sequi («seguire») voluit. | Appius autem, [cum exercitum Hannibalis circumduxisset,] alio itinere ad urbem Capuam revertit. **-40 parole/-4 periodi**

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

10C9. Annibale nei pressi di Capua ***

Hannibal, ex agro Beneventano cum castra ad Capuam movisset, post non multos dies copias in aciem eduxit, | coniciens rem omnium pulcherrimam, victoriam contra Romanos facillimam | Simul ac («insieme») Romanorum et Carthaginiensium copiae ad pugnam acerrimam pervenerunt, | subito Carthaginiensium equitum incursus Romanorum exercitum vexabat. | Tunc horum dux equitibus imperavit | ut contra hostes concurrerent. | Cum duo exercitus per multas horas acerrimam pugnam pugnassent, | denique utrimque loco cesserunt. | Consules autem, ut Hannibalem, acerrimum hostem, a Capua averterent, illinc discesserunt | Postero die, cum Hannibal vidisset vacua Romanorum castra | quod duobus agminibus hostes discesserant, | Appium consulem cum alterum consulem neglexisset, | sequi («seguire») voluit. | Appius autem, [cum exercitum Hannibalis circumduxisset,] alio itinere ad urbem Capuam revertit. **-40 parole/-4 periodi**

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	/10

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 10/4/2006

distribuzione delle versioni (schema 10 temi)

10C2	10C1
10C4	10C3
10C5	10C61
10C4	10C7
10C62	10C8
10C5	10C61

10C8	10C7
10C4	10C5
10C61	10C62
10C3	10C4
10C1	10C2
X	10C63